Hackenbergio suo Keuchenius.

Nihil mihi laetius ac magis optabilius à Diis nris quoq
in ardentissimo frigore me comite sollicitas, evenire
potuit, ac ut illicò imperio nutuiq. tuo parerem.
De nuptiis semi Deûm quas expetis, hæc habe:
De Igne sive amore Mythologico hæc prima:
Venus, Adonis, adstes aliquer Cupido, Juno Pronuba,
unxia, Hymenaeus sive Thalassius hæc sacra
conficiebant, ut qbs ne discedere qdem licebat
vel tantillum. De Semideis Antiqs ac Romanis
hæc altera: Post Virgil. Ovid. Senec alios (Clau
deanum habes, q Fescennina in Nupt. Honorii
ac Mariæ, Item (ni fallor) Stellæ etm Violan-
tillæ; tandem Epithalamiū Palladiū ac Sere-
næ conscripsit. Ex hisce tædis Jugalibus Ignis
nobis affulget Poeticus: Sed quoniam Forsan
Fescenniorū Lectio nunc inopinanter mihi
succurrit (nolo tamen ad illa tantopere dicta
te ducere, scil: Amorem Adonis in Aream,
et q passim ap. Ovid. de libb. Heroid. occur-
runt) sed ad unum novi Seculi Barlaeum,
q duo Elementa Amoris Ignem et frigora sa-
tis acute descripsisti in illo carmine quod de
nuptiis Constant. Hugenū videt, p: 385. lib. III.
Heroicor. Quaeso lege, et videbis: Alia passim
in suis libris occurrunt, cujus hīc ectypum ad
te transmitto, quoq. paucilli temporis usurā fruor)
dictis in hoc Igne te detinere nolui. De
Aqua habemus Amores immemoror, habemus
inter alios Amorem Transmarinū vide Barlaū
p: 541. libr. III. De Aere non major, quod sciam,
extat mythologica narrao, ac Jovis et Da-
naes: sed illi imbres stillis decidebant aureis;

unde

unde illud: aurum per medios ire satellites;
et illud: conjugis in gremium laeti descendit.
Adde: quod Aliger Cupido sit, geminis tranans
per nubila pinnis: Adde Columbas aërias Veneris
Amasias, olores Idalios et quae passim apud Poë-
tas: Add ignem Elementarem et subtilissimum
in coelo: id est, novo more, apud Virgil: credo
eydem, nec vana fides, genus esse Deum, quod
statim ipse Maro explicat: Ardet amans Dido
trahitque per ossa furorem. Per terram Poëtae
totam naturam intelligunt, unde illa OPS, omnipo-
tens, omnifera, Dedala; cujus nobis Amorem
descripsit Lucretius in illo Exordio, Alma Venus,
coeli etc. Vide hic Barlaeum in Paradiso, lib. IV.
p. 561 in fine. Sed avocor, et jam clamant alii:
quare tralatitiis hisce lubentissime faveas
amanter rogo.
Illud tamen oratum te habeo, ut Hocce
Spicilegium Excellentissimae Serenissimo tradendum
cures, sed ad illa tempora, queis animus
ille sublimis post tot Anseres Interstrepen-
tes ad sese redierit. Nosti meum Aureum:
Praesent modo summa quietem. Intra
triduum par distichum Serenissimo Princi-
Electorali ut repraesentare possim enixe
rogo. Sed Tuo sapiam prius consilio. Quod
ut in elapso Veteri anno indesinenter egisti;
ita hoc novo nato coram me perennare per gratias
amantissime rogo. Hic tibi feliciter nascetur et
decurrat. Tuus aeterno officio et affectu
cupitiss.
Reuchenius JCtus.
prid. Cal. Jan: MDCLXX.
Heidelbergae.

de Temperamentis Mediis, orientibus ex Elementis, ... solum ... tribus
... Salmasius ad Solini Polihist. Liber ... ad manum ...
evolvas. Iterum ... et Vale ad Hackenberg. Heidelbergae.